

I. *De Araneis & Scarabæis Philippensis*. Ex MSS. R. P. Geo. Jos. Camelli. Communicavit Jacobus Petiver, S. R. S.

*De Araneis Crustaceis Philippensis*.

**A**raneos fila deducere non ab intrinseco, tanquam excremento, ut ait *Democritus* & *Plinius*; sed extrinsecus de suo corpore, veluti cortice, afferit cum *Aristotele Aldrovandus* & *Forerius*.

<sup>a</sup> GAZ. NAT. Verum Anno 1695. (a) Araneos Crustaceos nitidissime Tab. 26. nigro & flavo picturatos, formæ Tribuli, vel potius Paraguri, in Horto domestico in *Acacia* & *Fagara* cœpi. Unde *Democriti*, *Plinij*, *Josephi Blancani* & aliorum sententia, Araneos ab intrinseco fila sua ducere vindicanda videtur.

<sup>b</sup> GAZ. NAT. Alios testaceos (b) sexangulares dein Anno inveni sub-Tab. 26. sequenti, flavo & nigro; alias (c) albo & nigro varia-

<sup>c</sup> GAZ. NAT. fig. 6. gatos, & sex aculeis spinosos: *Alium* (d) item postea

flavo & nigro variegatum, majorem, & formæ Lunaris. *an*

<sup>d</sup> GAZ. NAT. Tab. 26. Hoitztocatl *Niremberg*: seu *Araneus spinosus*? morsu de-

mentans, superiore & media corporis portione niger, Tab. 26. cætera luteus, formæ aculeatæ & similis *Tribulo*. Aranei

crustacei ictui medetur *Tambalquisay*, *Camaqua* & *Pilipoc*.

Nidum vel Ovarium texit electe sericeum, flavum vel

etiam virentem, in qua ova reponit candida.

1. *Araneus Luzon.* crustaceus, cornu lunulato. GAZ.

NATUR. Tab. 26. Fig. 7.

2. *Araneus Luzon.* testaceus, trilunatus. GAZOPHYL.

NAT. Tab. 26. fig. 6.

3. *Araneus Luzon.* Bovinus. GAZ. NATUR. Tab. 26.

fig. 5.

4. *Araneus*

4. *Araneus Luzon.* testaceus, angustus, trilunatus. GAZ. NAT. Tab. 26. fig. 8. De Araneis alijs *Luzonensisibus.*
5. *Araneus Banayau* 1. *Kamel.* Aran. *Luzon.* mortiferus Smaragdino-aureus. GAZ. NAT. Tab. 29. fig. 4. Hic ictu soporem & mortem causat Hominibus & Brutis: gaudet Syringæ seu Sambach Arabum convolutis in folijs habitare: hujus ictui medetur decoctum *Dauve* & Ignis. an *Araneus aureus*, *Lavalava* Nirembergij, stuporem & insaniam inducens?
6. *Araneus parvus brevipes*, coloris chermesini, mortiferus, *Banayau* 2 *Kamel.*
7. *Araneus gibbosus* *Luz.* subfuscus, gibbo oblongo, per totum dorsum protracto, elevato & flavo *Kamel.* GAZ. NATUR. Tab. 29. fig. 12. *Ova* recondit in orbicularibus, flavis & sericeis nidis, *candidula*.
8. *Araneus gibbosus alter.* Corpore est *Piso* suppari, dorso proprie in aitum gibbum elevato, de reliquo picturatus est aureo fulgente, argenteo relucente & nigro aterrimo.
9. *Araneus longipes* 1. *Kamel.* Ar. *Luz.* longipes domesticus. GAZ. NAT. Tab. 50. fig. 1. Corpore est Muscæ tenuiori, domesticus, retiarius, rete varium, quod præda adveniente totum concutit. Communiter Mas & Fæmina in eodem degunt. *Fæmina* habitior est, & una nocte *Ova* exclusit, quæ mane in *Piso* pari racemulo congesta ore pendentia gerebat; die 3 à capturâ pilosa aparuere, 4 magis pilosa, 5 frequentes aranei per vitrum dispersi sunt, remanente inani & candido ovario ab ore matris pendente.
10. *Araneus longipes alter* *Kamel.* *Araneus Luzon.* longipes, sem. Ricino æmulans. GAZ. NATUR. Tab. 50. fig. 4. Habitior est priore, ventre *Piso* pari splendido, & ut semen Ricini picturato, mucronato.
11. *Araneus longipes* *Luzon.* 3. Domesticus est, hirsutus & innocuus.
12. *Araneus*

12. *Araneus longipes Trojanus* sive 4. *Bagua & Gam-*  
*bagamba Indis.* *Tarantula Luzon.* *innocuus.* GAZ. NAT.  
*Tab. 50. fig. 2.* & A. *Corporis mole Avellanam æquat, sericeum,* albicans, folliculosum, globoso-subplanum ovarium ad ventrem gerens, ex quo mille prodeunt Araneorum. *Cæterum fuscus, domesticus, innocuus, vescens Proscarambaeis.* an *Araneus 10 Hernandi?*
13. *Araneus longipes* 5. *Gagamba Luzonensis.* *Cor-*  
*pore minor, quod cinereo & nigro picturatum est.*
14. *Araneus longipes* 6. *Araneus Luzon.* *telarius, ar-*  
*genteo, flavo, & nigro transversim striatus.* GAZ. NAT.  
*Tab. 50. fig. 3.* *Subdialis est.* *Eius sericeum album &*  
*planum ovarium, in quo ut puto 2000 ovorum alborum*  
*latebant.* *vid. Tab. 50, fig. B.*
15. *Araneus Luzon.* *oblongus, lutescens, longipes, ven-*  
*tre tenui, geniculo in caudam distincto.* GAZ. NATUR,  
*Tab. 43. fig. 14.*
16. *Araneus maximus, fuscus, pilosus; Damang Luzon.*  
*Corpore crastitudinis est pollicaris. Digit locis humidis:*  
*perniciousus ut Vipera.* an *Species Tarantulæ?*
17. *Araneus Luzon.* *ex argenteo, flavo & fuso pal-*  
*chre mixto, pedibus nigris.* GAZ. Nat. 29. fig. 6. *Araneus*  
*pulchrè picturatus: Caput, Pectus, corporis binæ striæ*  
*laterales, & illa per medium excurrens, argenteo reluciente*  
*colore obducta: Binæ striæ inter argenteas excurrentes*  
*fuscae, 4 flavis transversim secantibus strijs cancellatæ:*  
*pedes longi, nigri.*
18. *Araneus Luzon.* *torosus, pilosus, totus fuscus.* GAZ.  
*NAT. Tab. 29. fig. 10.*
19. *Araneus Luzon.* *torosus, pilosus minor, dorso nigro*  
*variegatus.*
20. *Araneus rarus, niger, splendens; forficulas habens*  
*ipso ventre compares; nec primo intuitu facile dictu,*  
*quisnam venter, aut quæ sint forficulæ.* GAZ. NATUR.  
*Tab. 54. fig. 3.*

21. *Araneus venator Muscarum*, in parietum rimis  
degens, albo & griseo variegatus: Saltu Muscis insidians. 21  
*Hispanis Cayman de las Moscas.* GAZ. NAT. Tab. 54. 4.
22. *Cotocoto.* Araneus est Aquaticus. 22
23. *Laura vel Lavalava.* Araneus est Domesticus. 23  
De Scarabæis Luzonensibus.
- Cantharis Luzon.* *Cetonia prasino-aurea*, luteo-albican-<sup>1</sup>  
tibus maculis variata, ad ventrem ejusdem coloris, sed <sup>GAZ. NAT.</sup>  
<sup>Tab. 26. f. 9.</sup> striatim picturata. GAZOPHYL. NAT. Tab. 26. fig. 9.
- Cantharis Luzon.* pulcherrima, vaginâ integrâ non 2  
fissâ, quinis aureo-cyaneis maculis ornatâ, ipsa flavo-au-<sup>G. N. 37. 7.</sup>  
rea; venter medius superne smaragdino-aureus & tribus  
aureo-cyaneis maculis notatus ut vagina dorsi: Inferior  
venter aureis & auréo-virentibus strijs transversim virga-  
tus est.
- Stockerus Luzon. viridis, scapulâ maculîq; purpureis.  
GAZ. NATUR. Tab. 37. fig. 7.
- Cantharis Luzon. minima*, magnitudinis est hujatis 3  
Cicindelæ, smaragdino-aurea, capite & pedibus cyaneis,  
collo luteo, corniculis plumatis. *Indis Alibamban &*  
*Paranparan.*
- Cantharis Catunduana & Bicolana major*, palmo lon-  
gior, auriluca, smaragdina. *Indis Olaniban & Basan-*  
*goban.* 4
- Cantharis oblonga communis*, nitidissime tota, aureo-  
viridis, *Camarinenſium.* Diao, Giao, Laniban & Salibat <sup>5</sup>  
*Indis.* GAZ. NAT. Tab. 48. fig. 5.
- Cantharis cæruleo-aurea*, elytris ad medium luteo-au-  
reis maculis notatis. GAZ. NAT. Tab. 49. 7. 7  
G. N. 41. 2.
- Cantharis merè viridis*, *Indis Ticpaclong.* GAZ. NAT.  
Tab. 41. fig. 2.
- Cantharis auriluca*, viridante & rubente striatim varia. 8
- Cochinella Luzon.* major, è cupreo viridiq; eleganter  
striata. GAZ. NAT. Tab. 41. fig. 3.
- Cantharis Luzonis* nona & maxima, perpolita, tota 9  
multò splendidior quintâ, colore aureo-smaragdino per-  
petuante G. N. 28. 3.

petuante. Differt a Quintâ, capite, quod longius; mustacis, qui curti & subplani; scapulari, quod longius angulosè protensum, & pedibus, quorum ultima articulatio spinosa, uropygio, quod coloris est cuprei. Oculi nigri sunt.

*Scarabæus pectinatus Luzon.* aureo-smaragdinus. GAZ. NAT. Tab. 28. fig. 3.

9 *Capricornus Luzonicus*, seu *Carabus*, sive *Cerambix*, facie G. N. 37. 6. *Tauri*. Antennis articulatim nodosis; coloris in fusco, cinereo-lutescente undulatus, capite valido, facie Tauri, duobus majoribus & aduncis dentibus instructus. GAZ. NAT. Tab. 37. fig. 6.

10 *Capricornus alter*, atratus est & striatus. GAZ. NAT. G. N. 37. 12. Tab. 37. fig. 12.

11 *Capricornus Luzon.* 3. Totus ex atro & pomi aurei co- G. N. 28. 5. lore picturatus est. GAZ. NAT. Tab. 28. fig. 5.

12 *Capricornus* seu *Cerambix Luzon.* maxima. GAZ. NAT. G. N. 47. 1. Tab. 47. fig. 1.

13 *Buceros Nasicornis* 1. *Luzon.* Hoang. GAZ. NAT. Tab. G. N. 49. 8. 49. fig. 8. & Kamel. in Append. Ray Hist. Plant. V. 3. p. 44.

14. *Buceros Nasicornis* alter *Bogang* *Luzon.* GAZ. NAT. G. N. 29. 2. Tab. 29. fig. 2 & Kamel in App. Ray. p. 44.

15. *Melolonthes* seu *Cantharis* merè viridis major. *Indis Salaguinto.* *Germanis* Gruner, *May-Koffer*, & S. Joannis Koffer.

16 *Melolonthes* seu *Cantharis* merè viridis minor. *Indis Ticipaalong*, Germ. Gold Koffer, id No. 7. G.N. 41. 2.

N. B. Inveniuntur & Flavæ, Rubeæ, Ceruleæ, & variè picturatæ.

17 *Scarabæus arboreus*, seu *Bruchus Majalis* sublustris, in G. N. 38. 11. fusco cinereis punctis notatus, Europæo compar & major.

*Indis* *Salibamban* & *Salagubat*, Germ. Mayen-Koffer & Baum-Koffer. GAZ. NAT. Tab. 38. fig. 11.

18 *Scarabæus arboreus* 2. luteo-fuscus, tenuissimè striatus. G. N. 38. 6. GAZ. NAT. Tab. 38. 6.

19 *Scarabæus arboreus* 3 subplanus, sublustris, luride èrugi- G. N. 38. 5. nose maculosus. G. N. Tab. 38. fig. 5.

<i>Scarabæus atratus</i> , elytris striatis, forcipulâ validâ bifurcâtâ, quâ arbores atterebrat, donatus.	G.N. Tab. 42. 3.	20
<i>Scarabæus mirabilis</i> , caput lato & denticulato scuto contegente. Gaudens <i>Scilla</i> . GAZ. NAT. Tab. 42. fig. 2.	G.N. Tab. 42. 2.	21
<i>Scarabæus pilularis torosus</i> , niger, <i>Luzonis minimus</i> . Germ. Ross-Koffer. GAZ. NAT. Tab. 42. fig. 5.	G.N. Tab. 42. 5.	22
<i>Scarabæus Luz.</i> <i>elasticus</i> , <i>vaginis striatis</i> . GAZ. NAT. Tab. 27. fig. 10.	G.N. Tab. 27. 10.	23

*Scarabæus saltator Luz.* Germ. Springer. *Indis* Dangdo. Hujas Europæo major est, sublustris, coloris terreo-fusci, non ater ut ille; ad Pectus habet solidum stimulum, quo supinè positus nititur in altum vibrari. Elytra striata, caput parvulum.

*Scarabæus Saltator*, seu ille parvus, oblongus, niger, qui supinè positus e latere intenso in altum vibratur, in *Luzone* sordidè niger est & sesquiuncialis. Hisp. Batecavezi. Germ. Springer & Schuester. *Indis* Baldoc bondoc. Tagal Dangdo.

*Scarabæus Saltator* alter parvulus Europæo minor est, luteus, & ad extremum niger.

*Proscarabæus nocturnus domesticus Kameli.* Blatta domestica *Luzon.* nocturna. GAZ. NAT. Tab. 48. fig. 9. Cucca & Cuccaracha Hispan. Schioabem Germ. *Lusit.* Barata. Ipis & Bangcocang *Indis.* hujus est Species *Gukiana*.

Insectum est malè olens, elytris tenuibus, omnia depascens & arrodens. *Mas* coloris grisei, aliquibus nigris punctis variegatus. *Femina* tota coloris castanei, & minor mare, ova excludens oblongo-compressa ad latus acuta. *Mas* & *Femina* depositâ senectâ candidi sunt & tenelli. Utuntur *Indi* cinere poto in Astmate, contusis cum Saccharo, & impositis in *Cancro* & *Panaritio* & ulceribus suppurandis. Assos No. 6 vel 8. exhibent *Pueri* lumbricis laborantibus, quos enecant.